

Nos Marchio Regens Don Hieronimus Erba Intimus actualis S. R. I. M. Consiliarius, Regiusque
Ducalis Senator, et Fluminis Olone, Conservator, ac ~ ~ ~ ~ ~

Egr. D. Iudex, et Regius Commissarius eiusdem Fluminis Olone, &c. -----

Cum ob frequentes, que in dies occurrunt, circa Flumen Olone, contraventiones signanter in arbitraria, quam nonnulli Legum immemores sibi arrogant, facultate piscandi in eiusdem Fluminis alveo, posthabita, licet poenali, Edictorum in hac subiecta materia promulgatorum dispositione, potissimum in ea parte, qua se extendit idem Fluminis alveus per Loca, et Territoria Pontis Vedani, Lotie, Venegoni, Castillionei, Vico-seppij, et alia superiora, et inferiora non obstante priuativo iure Nobis reservato in Proclamatibus, qua de causa non modicum inferatur Piscium ubertati damnum ex immoderata licentia uetite Piscationis; Quapropter volentes Nos huic effrenate Licentie obuiam ire, et indictis poenis eandem coercere, Cum Ten. prefati Egr. D. Iudicis, et Regij Commis. his nris patentibus litteris duximus eligere probum Virum Joannem Baptam Syluam Castillioneum de Colleg. Mini. Not. cuius Legalitati, ac idoneitati hoc munus conferre decreuimus, attentis etiam Informationibus de eius integritate, et honestate sumptis; Dantes propterea, et concedentes eidem Joanni Baptae Castillioneo opportunam auctoritatem procedendi in omnibus causis dictum Flumen Olone concernentibus, seruata tamen dispositione Statutorum, Nou. Constitut. Ordinum, et Proclamatum, ita ut in casu cuiuscumque Contraventionis per eum uerificande, statim deferat ad hoc Reg. d. Fluminis Offitium opportunam Relationem de emergentibus Transgressionibus, super quibus expediri ualeant consueta precepta, et alia acta pro successina Condemnatione in poenis ab Ordinibus, et Cridis respu. prescriptis. Mandamus itaque omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit, ut prefatum Jo. Baptam Syluam Castillioneum in Geum den. memorati Egr. D. Iudicis, et Regij Commissarij Fluminis Olone, recognoscant, eique pareant, et obediant tanquam a Nobis legitime electo, nec in commisi Muneris exercitio audeant quouibmodo impedire sub poenis arbitris nostro infligendis, et donec aliter per Nos decretum, ac prouisum non fuerit. Harum Testimonio Litterarum Mediolani datarum die VI. Octobris Anni MDCLIV. ~ ~ ~ ~ ~

Jo. Baloni.
Blancus Iudex Commis. vius

Tomacini Cancell. 5